Inductio eſt oratio qua rebuſ non dubiiſ captat adſenſionem.
eiuſ cum quo inſtituta eſt ſiue inter philoſophoſ· ſiue inter
ſermocinanteſ· Propoſitio inductioniſ eſt quæ ſimilitu
dineſ concedendæ rei uniuſ inducit aut plurimarum,

Illatio inductioniſ eſt quæ & adſumptio dicitur quæ rem
de qua contenditur & cuiuſ cauſa ſimilitudineſ adhibetæ
ſunt introducit,

Concluſio inductioniſ eſt. quæ aut conceſſionem illationiſ
confirmat aut quid ex ea conficiatur oſtendit,

RATIOCINATIO EST QUA ID DE QUO EST QUESTIO COMPROBATUR

A Enthymema igitur eſt. quod latine interpretatur mentiſ
conceptio. quam inperfectum ſillogiſmum ſolent artigraphi
nuncupare. Nam in duabuſ partibuſ hæc argumenti forma
conſiſtit quando id quod ad fidem pertinet faciendam utitur
ſyllogiſmorum lege preterita ut eſt illud. ſi tempeſtaſ uitan
da eſt non eſ igitur nauigandum ex ſola enim propoſitione
& concluſione conſtat eſſe perfectum. Unde magiſ oratori
buſ quam dialecticiſ conuenire iudicatum eſt. De dialecticiſ
autem ſyllogiſmiſ ſuo loco dicimuſ,

A Conuincibile eſt quod euidenti ratione conuincit ſicut fecit
cicero pro milone eiuſ igitur mortiſ ſedetiſ ultoreſ cuiuſ uitam
ſi putetiſ per uoſ reſtitui poſſe nolletiſ.,